



# BOLETIN DEL CLERO DEL **OBISPADO DE LEON.**

## SANTA VISITA PASTORAL DE ALMANZA.

El día 13 del corriente llegó S. E. I. á la villa de Almanza con objeto de visitar aquel Arciprestazgo y al día siguiente visitó por la mañana la Iglesia parroquial con asistencia de un numeroso concurso y por la tarde la del inmediato pueblo de Canalejas. El 15 administró el Sacramento de la Confirmación y por la tarde hizo la visita de las parroquias de Calaberas de Arriba y de Abajo. El 18 continuó las confirmaciones y el 19 visitó las parroquias de Mondreganes y Cabrera, visitando tambien en este punto al anciano Párroco, gravemente enfermo, y que había recibido el Santo Viático. Continuó visitando la de Vega y pernoctó en Quintanilla, en cuya parroquia confirmó el día 20, yendo á pernoctar á Villacorta, punto de residencia para la Visita de la parte alta del Arciprestazgo. El 21 visitó por la mañana aquella parroquia, asistiendo por la tarde en Valderrueda á la terminación de la Misión, predicada por los PP. Capuchinos Fr. José Valdeviejas y Fr. Juan Valencia: desde el púlpito improvisado en la plaza, terminando el sermón de despedida, dió S. E. I. la bendición papal á la multitud allí congregada y dirigiéndose

enseguida á la parroquia con numeroso clero y revestido de medio pontifical tuvo lugar la procesión solemnísima, llevando el Prelado el Santísimo Sacramento. Antes de la reserva dirigió S. E. I. una plática á los fieles alusiva á las circunstancias y alabando el fervor con que habian asistido de pueblos muy distantes á oir á los PP. Misioneros y lo bien que se habian aprovechado de estos dias de bendición. El 22 confirmó en Villacorta y visitó por la tarde la parroquia de Soto, continuando las confirmaciones el 23. El domingo 24, fiesta de Las Mercedes, se dirigió S. E. I. al Santuario de Nuestra Señora de La Velilla, otro de los puntos designados para administrar la Confirmación y á donde concurrieron muchas gentes de los pueblos inmediatos: antes de dar principio oyó S. E. una misa en el altar de la Virgen y enseguida confirmó y predicó á la multitud. Por la tarde volvió al Templo, en donde se cantó la Salve y volvió S. E. á hablar á los fieles, emprendiendo el viaje para Villacorta visitando al paso las Iglesias de Otero, Renedo y Taranilla, acompañado en el tránsito de la mucha gente que había concurrido á La Velilla y que formaba una hermosa caravana.

El lunes y martes estaban designados para confirmar en Morgobejos á los pueblos altos del Arciprestazgo, incluso Prioro, y el miércoles debía terminar la Santa Visita.

El Prelado ha visto con complacencia la religiosidad y fervor de los pueblos visitados y que además están rebosando entusiasmo por las Misiones de los PP. Capuchinos. Démos gracias á Dios, que así conserva la fe y piedad en los pueblos y pidámosle continúe derramando sobre ellos sus bendiciones.

---

LETRAS APOSTÓLICAS

*aboliendo las antiguas fórmulas de ABSOLUCIÓN de las Órdenes religiosas y sustituyéndolas por otras que se insertan.*

—  
LEO PP. XIII.

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Quo universi utriusque sexus fideles in tertium S. Francisci Assisinatis Ordinem adscripti easdem leges eosdemque ritus in obeundis instituti sui functionibus adhibere possint, enchiridiom seu manuale unicum typis edere visum est. Multiplicis vero sub eiusdem manualis editionem exortæ sunt de absolutionis tum generalis, tum in articulo mortis, tum de Papalis benedictionis formulis controversiæ, ad quas dirimendas Consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositorum nonnulla proposita sunt dubia seu quæstiones, Hinc Consilium idem consideratis perpensisque omnibus, quid de huiusmodi quæstionibus deliberaverit per Secretarium suum ad Nos referendum curavit. Nos autem, quibus salutare frugiferumque tertii Ordinis S. Francisci sodalitum in deliciis semper fuit, Nobisque summopere cordi est, ut illud sanctas sui instituti leges ritusque observet, atque in dies, hisce præsertin temporibus, propagetur et incrementa suscipiat, memorati Consilii deliberationem probavimus, eamque omnibus per Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus tuendis cognoscendis decretum indicendam censuimus. Nostris mandatis obsequens Congregatio, sibique demandatum munus meliori quo fieri possit modo explere cupiens, opportunum in primis duxit omnes et singulas benedictionis et absolutionis generalis expendere formulas, quæ nedum penes Tertiarios Franciscales, verum etiam apud alias eiusdem Ordinis familias, imo et alios Regulares Ordines ac Tertiarios ad ipsos pertinentes essent in usu, quo unam eamdemque ab omnibus in posterum respective in eiusmodi benedictionibus et absolutione adhibendam formulam concinnaret. Quamobrem præfata Congregatio omnes, quorum intersit, monendos putavit, ut siquid in casu notatu dignum iudicassent, intra congruum tempus eidem Congregationi subiicerent. Exacto inde triennio, quum nihil ex parte alicuius ex dictis Ordinibus obiectum sit, Congregatio Sacris Ritibus præposita, accurate omnibus diligenterque inspectis et expensis, quæ sequuntur decrevit, nempe: 1.º Pro Absolutione in articulo mortis retineatur in omnibus formula præcripta in Constitutione sa. me. Benedicti Papæ XIV, *Pia Mater*,

addito tantum ad *Confiteor* nomine Sancti proprii Fundatoris: II.<sup>o</sup> Benedictio Summi Pontificis nomine impertienda detur cum formula approbata in Constitutione eiusdem sa. me. Benedicti Papæ XIV, *Exemplis Prædecessorum*, sed nonnisi bis in anno, et sub conditione quod hæc Benedictio nunquam detur eodem die et in eodem loco, ubi Episcopus eam impertiat: III.<sup>o</sup> In Absolutione generali pro Regularibus cuiuscumque Ordinis, atque in Benedictione cum Indulgentia plenaria pro Tertiariis Sæcularibus adhibeantur omnino duæ insequentes formulæ a Rmo. Assessore ipsius Sacræ Congregationis propositæ abque ab eadem approbatæ, abrogatis penitus et suppressis quibuscumque aliis formulis hucusque usitatis, videlicet:

*Formula Absolutionis Generalis pro Regularibus cuiuscumquæ Ordinis hoc privilegio fruentibus.*

Ant. Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum; neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

¶. Et ne nos inducas in temptationem.

¶. Sed libera nos a malo.

¶. Ostende nobis Domine, misericordiam tuam.

¶. Et salutare tuum da nobis.

¶. Domine exaudi orationem meam.

¶. Et clamor meus ad te veniat.

¶. Dominus vobiscum.

¶. Et cum spiritu tuo.

**OREMUS.**

Deus, cui propium est misereri semper et parcere: suscipe deprecationem nostram; ut nos et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

Exaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a pœnis quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice; et flagella tuæ iracundiae, quæ pro peccatis nostris meremur, averte. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Completis precibus, ab uno ex adstantibus dicitur Confiteor addito nomine proprii Fundatoris. Deinde sacerdos dicit;*

Misereatur vestri etc. Indulgentiam, absolutionem, etc.

*Postea subiungit:*

Dominus Noster Jesus Christus per merita suæ sacratissimæ passionis vos absolvat et gratiam suam vobis infundat. Et ego auctoritate ipsius, et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli et Summorum Pontificium Ordini nostro ac vobis concessa, et mihi in hac parte commissa, absolvo vos ab omni vinculo excommunicationis, maioris vel minoris, suspensionis et interdicti, si quod forte incurristis, et restituo vos unioni et participationi fidelium, nec non sacrosanctis Ecclesiæ Sacramentis. Item eadem auctoritate absolvo vos ab omni transgressione votorum et regulæ constitutionum, ordinationum et admonitionum maiorum nostrorum, ab omnibus pœnitentiis oblitis, seu etiam neglectis, concedens vobis remissionem omnium peccatorum, quibus contra Deum et proximum fragilitate humana, ignorantia, vel malitia deliquistis, ac de quibus iam confessi estis: In nomine Patris ☩ et Fili et Spiritus Sancti Amen.

*Formula benedictionis cum Indulgentia plenaria pro Tertiariis Sæcularibus ceterisque omnibus communicationem privilegiorum et gratiarum cum iisdem, vel cum Regularibus cuiuscumque Ordinis habentibus.*

**Antph.** Intret oratio mea in conspectu tuo, Domine; inclina aurem tuam ad preces nostras; parce Domine, parce populo tuo, quem redemisti sanguine tuo pretioso, ne in æternum irascaris nobis.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

**V.** Et ne nos inducas in temptationem.

**R.** Sed libera nos a malo.

**V.** Salvos fac servos tuos.

**R.** Deus meus sperantes in te.

**V.** Mitte eis Domine auxilium de Sancto.

**R.** Et de Sion tuere eos.

**V.** Esto eis Domine turris fortitudinis.

**R.** A facie inimici.

**V.** Nihil proficiat inimicus in nobis.

**R.** Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere: suscipe deprecationem nostram; ut nos, et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

Exaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, et confitentiam tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a poenitentiis, quas pro his meremur, eripias.

Deus qui canpa offenderis, poenitentie placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice; et flagella tuæ iracundiae, quæ pro peccatis nostris meremur, averte. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Dicto deinde:*

Confiteor, etc. Misereatur, etc. Indulgentiam, etc.

*Sacerdos prosequitur:*

Dominus Noster Iesus Christus, qui Beato Pedro Apostolo dedit potestatem ligandi atque solvendi. Ille vos absolvat ab omni vinculo delictorum, ut habeatis vitam æternam, et vivatis in sæcula sæculorum. Amen.

Per Sacratissimam Passionem et Mortem Domini Nostri Iesu Christi; precibus et meritis Beatissime semper Virginis Mariæ, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, Beati Patris Nostri N. et omnium Sanctorum, auctoritate a Summis Pontificibus mihi concessa, plenariam Indulgentiam omnium peccatorum vestrorum vobis impertior. In nomine Patris ☧ et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

*Sic hæ Indulgentia inmediate post Sacramentalem absolutionem imperiatur, reliquis omissis, Sacerdos absolute incipiat a verbis: Dominus Noster Iesus Christus etc., et ita prosequatur usque ad finem, plurali tantum numero in singularem inmutato.*

Nos huiusmodi memoratae Congregationis decretum omnino ratum habemus, et Apostolica Auctoritate Nostra, harum Litterarum vi, probamus, confirmamus, sancimus, iludque ab omnibus et in omnibus hoc futurisque temporibus servari iubemus. Decernentes has Litteras Nostras semper firmas, validas et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus

sortiri et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari ac definiri debere, atque irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra et Cancellariæ Apostolicæ regula de iure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, nec non eiusdem tertii Ordinis S. Francisci, ceterisve quibusvis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis, quibus omnibus et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat derogamus, ceterisque omnibus quamvis speciali atque individua mentione ac derogatione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die VII,  
Iulii MDCCCLXXXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

TH. CARD. MERTEL.

---

## SANTAS MISIONES.

El día 9 de Setiembre terminaron las Santas Misiones que dieron en el Santuario de Nuestra Señora de La Velilla los Reverendos PP. Capuchinos Fr. José de Valdeviejas y Fr. Juan María de Valencia. Han sido recibidos con grandes pruebas de afecto por parte del clero, de las autoridades y del pueblo, y el fruto recompensó con exceso el celo de todos. Hubo muchas confesiones generales y comuniones, habiendo sido la concurrencia tan numerosa y tan asidua, á pesar de lo apartado del Santuario, que muchos fieles permanecieron acompañados al rededor de él, y llegó á ser insuficiente para contener á la mul-

titud. La presencia de los humildes hijos de San Francisco dejará en aquella comarca un recuerdo imperecedero, como corresponde á las singulares muestras de compunción y de gratitud de que fueron testigos los Reverendos PP. Misioneros.

Desde aquí se trasladaron á Valderrueda, donde ya habrán concluido tambien la Misión, de qué aun no tenemos detalles.

### **CRÓNICA PIADOSA.**

El colegio de las Escuelas Pías, que profesan especial devoción á María, celebró la fiesta de Nuestra Señora de la Merced con Novena preparatoria. En el día anterior tuvieron solemnes vísperas y en el de la festividad Misa cantada con sermón predicado por un Padre de dicho Colegio, terminando por la tarde la Novena con las completas.

La Archicofradía del Purísimo é Inmaculado Corazón de María, tuvo en la parroquia de Nuestra Señora del Mercado su función del cuarto Domingo de mes y predicó el Lic. D. Francisco de Robles, párroco de la misma iglesia.

Las Hijas de la Caridad de la Casa-Hospicio y Expósitos provincial de esta ciudad, dedicaron una función religiosa á su Patrono San Vicente de Paul el día 27 del corriente á las diez y media de su mañana, en que hubo Misa solemne con S. D. M. expuesto y sermón que fué predicado por el Dr. D. José Mazzarrasa, Rector del Seminario Conciliar. Ha entrado en prensa este número y no podemos extendernos más.